



9



IATROI ΛΟΓΟΙ

Sive,

ALLOQUIA AMICORUM,

Ad

Virum Clariss. & Excellentiss.

Dn. JOHANNEM

GEORGIUM MAGNUM,

Augustanum, Philos. ac Medic. D.

longè præstantissimum,

OBITUM FILIÆ UNICÆ,

URSULÆ,

PHILIPPI MULCKEAVII, MERCA-

toris apud Hamburgens. Primarii & integerrimi de-
sideratissimæ Conjugis,

Eximia prorsus & undiquaque florentissimæ
fœminæ,

acerbè lugentem,


ex

Electorali Saxon. ad Albim

Athenæo,

honoris & pietatis ergò

transmissi.



WITTEBERGÆ

Typis Hæredum Salomonis Averbach, Anno 1628.

○✱

1628.



Decorative border with repeating circular motifs.

Magni tibi benedicti est natus



illam
Natus tibi SOPHIE est Wicberga Filia &

illam
Santus Hamburgi mortuaria manus
Officiarius in forte Puerpera

Quartum de curia electionis sed & actis chartarum
Mox pariter, Deo pariter & perit
Par fortis utique sed & presertim

ignora nam reddet credis Terra tibi
Angelus o uirum, Christo mandante, canoro
Quamprimū hunc laetum provocet & dicit
Quo mihi tunc SOPHIE reddetur, & IUSTIA MAGNO

Interes dulces Natus, sine fine alere
Nost. peccantes tempore unum dicit
M. ERASMI SCHMIDT
Graec. & Math. Prof. Wicberga
p. c. Acad. Rector

Decorative border with repeating circular motifs.

Pietas ad pie detestantiam
Ter beatas, que placide in DEO
Dycedis, Et mandas sine sanguine
Corpus enim terre; hanc perdit

Prof. Pub. Wicberga
MARTINI SS. Theol. Prof.
Tabula Heredum Salomonis, Anno 1628.





VRSULA Magne tibi Berolini est nata: sed
illam

Sustulit Hamburgi mortis avara manus.

Nata mihi SOPHIE est Witebergæ Filia: &
illam

Sustulit Hamburgi mortis avara manus.

Officii hæc sexus in sorte, Puerpera vitam

Finiit: & matrice *εὐβουον* Illa fovens.

Quartum hæc enixa est foetum: sed & altera quartum

Mox paritura, Deo paruit, & periit.

Par fortuna utriusque: sed & spes par utriusque.

Pignora nam reddet credita Terra sibi.

Angelus ô utinam, Christo mandante, canoro

Quamprimùm hunc lætum provocet ære diem,

Quo mihi tunc SOPHIE reddetur, & URSULA Magno:

Utraque & occurret tunc rediviva Patri.


Interea dulces Natæ, sine fine valete,

Nos expectantes tempore utrumque suo,

M. ERASMUS SCHMIDT

Græc. & Math. Prof. Witeb.

p. t. Acad. Rector.



Pietas ad piè defunctam.

O Ter beata es, que placidè in D E O

Discedis, & mandas sine sanguine,

Corpus tuum terræ: baud peribis,

Pace sed æthereâ fruëris.

JAC. MARTINI SS. Theol. Doct.

& Prof. Publ. Witteb.





Celeberrimo Medico Viroq, Optimo

Dn.D. JOHANNI GEORGIO MAGNO &c.

Salutem & Patientiam precatur.

Languida cum conjux à te mea, JANE GEORGI
MAGNE, Recepisset corporis omne decus;

Deq; suis morbis ferret mea gnata triumphum

In mala te forti signa ferente manu;

Illustresq, duces curam tibi corporis aegri

Offerrent, quâ nos hospita ZINNA tulit:

Quæ non fausta tibi vovi? promissaq; feci?

(Cætera reddebas, quæ tibi dona dabam.)

Magne vir eximiâ celeberrime laude medendi,

Sospitet aeternum teq, tuosq, DEUS.

Si vobis iterum prodesse licebit, abundè

Prodero, si ve operam si ve petatis opem.

Sed spes heu miseras hominum! quæ nuncia famæ?

JAN-GEORGI MAGNI filia victa nece est.

Nil igitur valere preces, quas pectore fudi?

Ipsiúsq; tui nil pia vota patris?

Siccine solvo fidem? quod lectu funera natae

Explicat in cineres officiosus amor!

Siccine longæva est observans nata parentum!

Et plus quam Pietas Mors fera juris habet!

Sed placeat fatum, quod fatus es, optime JESU,

Non invisa mihi, quæ tibi visa, DEUS.

Omnia facta probe; quos diligis, eripis orbe,

Ac citius reduces mitis ad astra facis.

Vita hodie tortura magis quam vita putanda est,

Usq; adeò mundus nil nisi leina mali.

Felix

Plato in A-
xiocho. καὶ
ἀγὸς τὸ πρῶτον
οἱ θεοὶ τῶν
ἀνθρώπων
ἰσχυροὶ,
ὅς αὖτε
πλείονας ποι-
ῶνται, ἢ τῶν ἀπαι-
δευμένων τῶν ζῴων.

Felix naufragio qui portum tangit ab isto,

CHRISTE tue tabulâ fixus amore crucis.

Ergò datum lacrymis satis est, Vir Magne, paternis

Desine, devincat quod dolet, omne, fides.

An dolcas illam, quam non dolor attinet ullus?

Non miseræ est natam, cur miserare tuam?

Inter agit genios felix animilla beatos,

Et Pæana sacro concinit illa choro.

GRATULOR. Hæc fidei fit vox tibi tessera magnæ;

In cœlo præfens ô citò plura loquar!

amicissimo affectu,

Paulus Röberus D. Prof. Past.

& Superint. Witeb.

Non hîc certa domus, nec tecta perennia: fluxis
Quid, queso, propriis rebus inesse potest?

Hinc petiit Magni Doctoris cœlica tecta

FILIA: & hîc solum propria tecta patent.

GOTTFR. Neuter/ D. & P.P.

Si quis ad hanc Mundi faciem respexerit, utrum
Lugendum jam latandumné sit, ambigo, *Amice,*

Si Deus è nostris quem humanis eximat: unana

Sacra prophanaq; sic minitantur cuncta ruina.

Quis tamen humanum affectum sic exuat omnem,

Ut non in fletum & lacrymas solvatur amaras

Funera conspiciens & tristia fata suorum?

Lugere ergo obitum Natæ, fas, *Magne,* dolori

Condoleoq; tuo, ac defungor munere Amici.

A 3

Et quis

Et quis non talem, nisi cui sint ferrea corda,
Doleret Natam ereptam, quæ flore iuventæ
Vernans Virtutum insigni splendore micabat?

Sed tamen esto modus lacrymis, modus esto dolori,
Omnia facta Dei sunt recta & iusta, nec est fas
Scrutari sapientis-solum arcana Jehovæ.
Sit nomen semper benedictum & facta Jehovæ.

Daniel Sennertus D.

SCAZON.

Non equore alto præliantibus ventis
Semper triremes vexat atra tempestas;
Non usque tumidi montibus ruunt amnes,
Dum grandinante Joviter quatit campos
Hibernus imbre: cessat Aeoli quondam
Protervâ plebes, Menalumq; frondenti
Nudare honore parcat æquus turbans.
Mitescit annus hæctenus rigens brumâ,
Simul per agros candidis strepit pennis
Zephyrusq; revocat Veris aureum tempus,
Tu tu usque amaris lacrimisq; se vog,
Vacas dolori, nec tibi otium gratum,
Permittit unquam dulce cor edens Cura,
Fumusq; Nata, funus unica Nata,
Caste, venuste, sobrie, piæ Nata,
Quæ sola fractum spiritum morabatur
Viteq; amorem, sola temporum duram

Solata

Solata sortem, gaudium unicum Patris.
Seu mane falso Nerei uvidum rore,
Dilecta Veneri stella, præco ventura,
Roseus diei, Lucifer, caput tollat:
Seu luce serà noctis ut cadunt umbra
Aliusq; & idem carulas iuget bigas
Et astra ducat, usque tristis & squalens
Urges querelas, nec iuvant amicorum
Blandecohortes, nec quadriga parvorum
Dulcis nepotum: perstat improbus luctus,
Et pene lex est absque lege merere.
At non acerba fata amabilis Nati
Ter functus ævo senior usque ploravit:
Nec tempore omni flore Troilon primo
Raptum Juventa, simul Achillei immiti
Congressus impar, sceptriger Pater flevit,
Et cana genitrix impotente turbata
Cor triste luctu planxit & scidit crinem.
Dedisce questus, pone luctui metam,
Domaq; lacrimas MAGNE. quo miser tandem
Nil profuturis fletibus dolor perget?
Non si caduca quidquid est super vita,
Procul lepore gaudiisq; festiuis,
Mæstus gemensq;, nec memor pii risus,
Lustra inter alta, montiumq; consumas
Tacitos recessus, densa quâ nigrat silva
Et cæcus horror abstinet hominum cætus:

Qualis

Qualis per antra per specus tenebrosos,
Equi volantis domitor aspero cultu
Secretus ævum duxit, baud sue mentis:
Aut qualis udo Tantalus rigens saxo
Lacrimas perennes sudat, omnis in falsos
Liquere fontes, fas reducere ereptam,
Nec si liceret illa vellet. O usque
Affixa terris, seq; vindicans raro
Suos in ortus igneo polo nata,
Mens hominis expertis funeris q; tumbæq;
Et plena conditore, quo minor solo!
Hic, quâ serena luce pictus astrorum
Divinus ether, nubilis procul terris
Sibi recessit, sacra Numinis sedes,
Et quos beatis Cœlitum addidit turmis
Probata Pietas Numini, & fides pura
Hic sidera inter, ipsa candidum sidus,
Tua illa Nata **MAGNE**, quam gemis frustra,
Novo coruscans igne, gaudis sanctis
Tranquilla mulcet otia, & pius laces,
Immunis omnis egritudine, segnis
Ignara luctus, quicquid & male cura
Quicquid doloris lancinatq; torquetq;
Et navium instar æstibus procellofis
Subinde jaëtat & quatit hominum mentes,
Hic illa pigra pallidos lacus unda,
Strepitumq; Averni tristis, & Canis divi
Anguinea colla triplicesq; latratus

Secura

*Secura ridet, civis aurei caeli,
Aeternitatis heres, & semel fatis
Defuncta moriens libera omnibus fatis,
Par Numini, almicaesta Numinis consors.
Ergone MAGNE compotem bonis tantis
Porro quereris, aut dolebis abreptam
Quò tu ipse anhelas, ipse niteris totus?
Hoc invidentis, alterum impii est crimen.*

Augustus Buchnerus.

Mors Medico gnaram Magno rapit amula Magnam,
Qui Morti Medicus debita saepe rapit.
Par fit. Et ut fatear facta est injuria morti;
Debemur morti nostraque, nosque, simul.

M. Nicolaus Pompejus.

Ursula Magna necem mortali more subivit,
Que Medici Magni filia cara fuit.
Numne vocanda minor nunc est cognomine? tristis
Mors etenim corpus perdit & heu minuit!
Absit: adhuc magna est: nam vixit ut uxor honesta,
Mortua jam magna laude reliquit huius.
Est major quoniam vivu bene mortua: nam non
Est lucrum majus, quam bene posse mori.
Ossa tegit cujus tellus, est maxima, caeli
Maxima namque capit gaudia cerulei.
Ergo brevis quid de vita brevitate queramur,
Magna, quod est, major, maxima, nomen habet.

Condolentiae ergo f.

Johan-Bartholomæus Westpfal
Colonia-March.

P x B

URSULA

URSULA cur migrat procul à tellure paternâ,
Et canit extremum voce gemente Vale?
Num de mente bonis, an non de corpore sano
Multis pollebat dotibus egregiis? (tum
Tandem quid reliqui est, quod diuq; hominesq; nega-
Ex tot honoratis huic voluere bonis?
Virtus quam eximius iubet annumerare puellis,
Namq; secunda, nulli in omni pietate fuit.
In vivis habuit perditumq; matremq; Parentem,
Quæ certè est superi gratia summa DEI.
Nonne fuit socio per dulci juncta marito,
Hanc qui plus proprio corde suo coluit.
Adstabat nova progenies, non paucus amicus,
Qui sunt pars cordis, deliciaq; animi.
Est Pater insignis Medica VIR MAGNUS in arte,
Qui doctos inter nobile nomen habet.
Num verò versabat eam fors indiga rerum?

Annon fortunæ dotibus aucta fuit?
Corporis huic perquam speciosa virebat imago,
Veniebantq; hilaris Æra Yerena rosis.
URSULA cur mavolt igitur succumbere morbi,
Rumpere tum loci vincula marita tori?
Luget uterq; Parens, est in mœnore maritus,
Mæret MAGNORUM tota domus celebris.
Vos cessate tamen, lacrimis concedite metam,
Nam quam ploratis, Vivit, & Haut perit.
URSULA non perit, sed corporis exiit antro,
Liberaq; arumnis patria regna petit.

Condolentia ergo
fudit

Georgius Siegfrius Berlinens.

LL. Stud.

Haftenus

Habens in mundo: Angelicis nunc mista ministris,
Exultans CHRISTI regna beata colo.

Quid mundus? nibi est, rutili sapphirina cœli

Atque si spectes, purpureasq; domos.

Non hic, mordaci quæ rodunt pectora dente

Sunt cura, nunquam fletibus ora madent.

Ergo quid? ad spectu CHRISTI fruor, hocce potestis

Uno letitias vel didicisse meas.

Vos, inquam, induti pullâ qui veste, nigrantem

Ad tumulum, querula voce datis gemitus.

Tu Genitor, tu mesta Parens, tu fide Marite,

Vosq; mihi his oculis corcula clara magis,

Credite, non amissa, at sum premissa, sequentes

Vos hic exspecto, Nata, Marita, Parens.

Valentinus-Burchardus Bertholdus.

Vita quid est? labor est, plangor, moerorq; tremorq;
Perpetuæ lachrymæ, perpetuusq; dolor.

Mors quid? Christicolis sperati janna cœli,
Prospera prosperitas, & sine fine quies.

Ex oculis igitur guttas clarissime Doctor

Exterge, questu non opus ac lachrynis.

Nam quæ Nata fuit multis exposita procellis,

In cœlis fruitur nunc placidâ requie.

hæc mestissimo Dni. Parenti condolentia

ergo apponebat

Andreas Bertholdi Jun.

Magna

Magna cadunt etiam. Nam **MAGNI** filia cara
Occidit,heu fatuum flebile! **MAGNA** perit.
Vita perit **MAGNÆ**, saltem qua vita videtur,
Qua vera est **MAGNÆ** vita, perennis erit.
MAGNA triumphali vecta est super aethera curru,
MAGNA coronatur non-moriēte rosâ.
Ergò, **MAGNE**, tuam **MAGNAM** deslere quiesce,
Ter felix **MAGNA** est, terq; adamata **DEO**.

συναθείας ergò
faciebat

Joachimus Berchelman
LL. Stud.

Defuncta ad mortem.

Undiq; mors, Satanae licitor cava guttura vasto
Rictu distendens, homines in viscera mergis,
Sævus & ingenio vindictæ concoquis omnes
Vultus, delictum ne quod linquatur inultum.
Laffos tolle senes, florenti parce juventæ,
Ast aliquanta tuæ senium particula mentis;
Monstrosos aufer, formosis officæ nullis,
At vero lautas avido res vellere morfu
Gaudes: hinc pulsans cunctorum calce tabernas
Non formam, juvenesq; , senes discernere nosti
Inq; hominum miseram tendis tua spicula stirpem.

Hoc socii luctus ergò
adscribit epos

Jobannes Grabe B. M.

F I N I S.

ULB Halle
002 677 830

3



56

Nv 1999

(1/69.)

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

ΛΟΓΟΙ
ve
164748.

AMICORUM,
d
& Excellentiss.

ANNEM
MAGNUM,

ilos. ac Medic. D.
tantissimum,

L I Æ U N I C Æ,
S U L Æ,

KEAVII, MERCA-
Primarii & integerrimi de-
mæ Conjugis,

ndiquaque florentissima
mina,
lugentem,

ex
xon. ad Albim
thenæo,
pietatis ergo
nsmissi.



TEBERGÆ
nis Averbach, Anno 1628.
O*